Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Supra quæ propitio ac sereno uultu re-
spicere dignaueris et accepta habere sicuti
acceptare habere dignatus es munera
pueri tui iusti abel et sacrificium patriar-
che nostri abrahe · et quod tibi obtulit summus
sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrifi-
cium immaculatam hostiam · Supplices te
rogamus omnipotens deus iube hæc per
manus sancti angeli tui in sublime
altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis
tuæ ut quotquot ex hac altaris
participatione sacrosanctum filii tui corpus
et sanguinem sumpserimus omni bene
dictione celesti et gratia repleamur · Per
eundem xpm dnm nrm · Memento etiam
domine et eorum qui nos præcesserunt cum signo
fidei et dormiunt in somno pacis · Ipsis domine et omnibus in xpo quiescentibus
locum refrigerii lucis et pacis ut indul-
gens deprecamur · Per eundem xpm dn · nrm ·

28